AUGUSTINUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh.
Seite 247
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Vos autem estis testes horum. Et ego mitto qui missum patris mei in uos
Vos autem sedete quoadusque induamini uirtute ex alto. Ecce quo
modo commemorauit et lucas promissionem spiritus sancti. quam non inuenimus
ad nos facta. Nisi in euangelio iohannes. Quod non praetereunt
aduertendum est. Ut meminerimus quemadmodum sibi euange
listae inuicem attestantur. De quibus dam etiam quae ipsi non dicunt.
Et tamen dicta nouerint. Post haec lucas quae gesta sunt omnia praeter
mittit. Nec omnino commemorat. Nisi quando ihs ascendit in caelum.
Atque id tamen tacit coniungit. quasi hoc sequatur. haec uerba
quae dixit. Cum hoc gestum sit. Una sabbatorum. quo die dns
resurrexit. Illud autem quadragensimo die. sicut idem ipse lucas.
In apostolorum actibus narrat. Qd autem dicit iohannes. Non cum
illis fuisse. Tunc apostolum thomam. Cum secundum lucam
duo illi. quorum erat unus cleopas. regressi hierusalem inuenerunt
congregatos undecim. et eos qui cum ipsis erant. Dubio intel
legendum est. qd inde thomas exierit antequam eis dns haec
loquentibus apparuerit. Hinc iam iohannes aliam commemorat
fidem ostrationem ad nos discipulis facta post dies octo
Ubi erat thomas qui prius eum non uiderat. Post dies octo iterum
erant discipuli eius intus et thomas cum eis. Venit ihs
ianuis clausis. et stetit in medio et dixit pax uobis. Deinde dicit
thomae. Infer digitum tuum huc. et uide manus meas. et adfer
manum tuam. et mitte in latus meum. et noli esse incredulus
sed fidelis. Respondit thomas. et dixit. Dns meus et ds meus.
Dicit ei ihs. quia uidisti me credidisti. Beati qui non uiderunt et cre
diderunt. Hanc secundam dni uisionem ergo discipulis facta.
Idest quam secundo loco iohannes commemorat. Apud marcum
possumus agnoscere breuiter ea secuta ad solam pstringentem.
Nisi moueri qd dubitat. Nouissime recumbentibus illis undecim appa
ruit. Non ideo quia iohannes tacuit recumbentis. Potuerunt
hoc praetermittere. sed quia iste dixit nouissime. quasi iuxta illam
nouissime apparuerit. Cum adhuc iohannis testimonium futurum